

*Censura,* Hæc propositio est hæretica & impia.

Nihil frequētius in scripturis occurrit, quàm spoliari honore suo Deū, quum alibi quàm in ipso fiducia locatur. Hæreticos pronūntiant Rab-  
bini, quicumque simpliciter Deo fidendum ex-  
stimāt. Vos appello, Christiani omnes: quid no-  
bis amplius cum Scriptura, si barbara hæc ty-  
rannis obtineat?

Esa. 63. d. 16.

Artic. 15.

Abraham nesciuit nos. *Annotatio,* Se-  
cū dum translationē nouam, Siquidē Abra-  
ham nos non agnoscit, id est, non solet,  
neque potest nobis opē ferre. Bibliis 1545.

*Censura,* Hæc annotatio est hæretica,  
tollens auxilium sanctorum.

*Sitanti faciūt mortuorum suffragia, cur in-  
ter aduocatos, Barbaram & Nicolaum, Abra-  
hæ, patri fidelium præferūt? Imò cur in preci-  
bus suis tã publicis quàm priuatis, sepulta A-  
brabhæ memoria, Christophorum & Antonium  
& Catharinã & similes reboant? Nullum est  
breuiariū vel missale, quod nō tales mediatores  
obtrudat Deo. illic Abraham ne postremo qui-*